



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Cluverii[i] Sicilia Antiqua

Clüver, Philipp

Lvgdvni Batavorvm, 1619

Cap. VIII. Capitium opidum. Herbita urbs. Imachara, Galaria, Symethus, Hadranum, opida. Hadrani fanum. Hadranus amnis. Opida, Hybla Maior, Magella, & Morgantia. Morgetes. Ergetium sive Sergentium ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14145

habant Heræi montes terrarum tractum, longè latèque diffusum, ab opido, cui vulgare vocabulum *Piazza*, sive Siculorum dialecto *Chiazza*, apud fonteis Gelæ amnis sito, ad opidum usque, cui vulgaris adpellatio *Noara*, inter Tauromenium & Pactas positum: ubi Neptunio, ut antè dictum, sive Peloro monti connectuntur. Ab occidente, cirèa Alæsi & Himeræ meridionalis fonteis Nebrodi sive Maroni monti, qui vulgò nunc dicitur *Madonia*, junguntur. Vulgò nunc inter Maronem & dictum opidum Noaram dicuntur *Monti Sori*. ad fontem verò Chryseæ amnis ingens eius jugum vulgò vocatur *Monte Artesino*. Fontes in iis sunt atque fluvii innumeri. Summa eorum amœnitas est cirèa Calacten, Aluntium, & Agathyrnum: quæ loca hodiè vulgò vocari *Caronia*, *S. Filadelfo* seu *S. Fratello*, & *S. Marco*, suprâ ostensum est. Sub Aluntio etiam, sive, ut nunc locus vocatur, sub *S. Fratello*, aque illæ sunt, à re ipsâ *Dulces* cognomine, vulgari incolarum lingua *Aequæ dolci*. Fazellus, decad. I, lib. VIII, cap. III, post descriptionem Fitaliæ amnis, prope cuius ripam sinistram opidum S. Marci, id est, vetus Agathyrnum esse dixi, ita tradit: *Montes, qui huic flumini intus prominent, omnium, qui totâ penè sunt Sicilia, amœnissimi sunt. nam licet excelsi sint, fontium tamen uberrimi sunt; quibus loca ipsa redduntur habitationi cultuique idonea: vinetis quoque, rosetis, olivetis, ac domesticis omnium generum arboribus refertissimi, quæ toto anni tempore videntur. & quod in primis locorum pulcritudinem perficit & amœnitatem, ad collium vicinorum vertices optata sunt frequentia & conspicua; quæ inter prata ipsa ac hortos depicta esse videntur. varum profectò totâ Sicilia nature opus: quum ceteri ferè omnes Sicilia montes aut nudi sint & horridi, aut silvestribus arboribus & silvis solum amicti.* Sanè nullâ aliâ insulæ parte tam frequentia reperiuntur opida. quod ipsum amœnitatis fertilitatisque huius soli certum indicium est. Cæterum *Nymphaeum* ille *lucus* quo tractu Heræorum montium fuerit, incertum est.

CAP. VIII.

30 *Capytium opidum. Herbita urbs. Imachara, Galaria, Symethus, Hadranum, opida. Hadrani sanum. Hadranus amnis. Opida, Hybla & Murgantia. Morgetes. Sergentium sive Ergetium opidum.*

IN meridionali Heræorum montium latere cirèa Symæthi fonteis est opidum, *CAPITIVM* vulgari nunc incolis vocabulo *Capizzi* dictum. Id Ptolemæo vocatur *καπίτιον opidum. CAPYTIVM*. at Romanis fuisse videtur *CAPITIVM*: & inde *opidani CAPITINI*. nam Ciceroni in Verrinâ II memoratur inter celebres Siciliæ urbeis *Capitina civitas*. Verba eius hæc sunt: *Tyndaritanam, nobilissimam civitatem, Cephalæditanam, Haluntinam, Apolloniensem, Enguinam, Capitinam, perditas esse hac iniquitate decumanorum, intelligetis: Murgentinis, Assorinis, Elorinis, Ennesibus, Ietinis, nihil omnino reli-*
40 *ebum: Cetarinos, Acherinos, parvarum civitatum homines, omnino abjectos esse ac perditos.* A quibus mortalibus condita, & qua fortunâ tot sæculis usâ fuerit, nusquam adnotatum reperitur.

Eodem terrarum tractu, inter Symæthum amnem & Heræum montem fuit *Ερ-HERBITA*
βιτα πόλις, HERBITA urbs: Ciceroni, Diodoro, Ptolemæo, ac Stephano, memora-
ta. *Opidani* inde Græcâ formatione sunt Diodoro atque Stephano *Ερβιταίοι, Her-*
bitæi. at Romanis auctoribus, Ciceroni ac Plinio, Latino ore dicuntur *HER-*
BITENSES. Stephani verba hæc sunt: *Ερβιτα, πόλις Σικελίας. ΕΨογ. τὸ ἐθνικὸν Ερ-*
βιταίων. Id est: *Herbita, urbs Sicilia; auctore Ephoro. Gentilitium inde est Herbitæus.*
50 *Apud Plinium lib. III, cap. VIII, ita scriptum est: Hyblenses, Herbitenses, Herbes-*
senses, Herbulenses, Halycenses, Hadranitani, Imacareses, Ichanenses, Ietenses, Mu-
tessyratini, Magellini. Hinc patet, cum adspiratione id vocabulum pronunciasse
veteres; quando ordinem alphabeticum observat in Italiæ Siciliæque opidorum
recensione Plinius. Ptolemæus id opidum inter Agurium & Leontinos, sive inter
Centuripas & Menas opida, quorum hoc etiam nunc vulgò vocatur *Minlo*, collo-
cavit. quo equidem tractu ruinæ veteris cuiusdam urbis vulgò hodiè incolis di-
cuntur *La Citadella*: quam Herbitam antiquam fuisse, Fazellus quoque suspicatus
est. Verùm ut frequentissimè ac ferè semper alibi, sic ab Herbitæ quoque verò
E e 2 ac germa-

ac germano situ longiùs aberrasse Ptolemæum, ego vereor: eorumque potiùs sub-
 scribendum sententiæ censuerim, qui Herbitam nunc interpretantur esse *Nico-*
siam opidum, supra expositis opidis, Ennæ, Afsôro, Agyrio, & Capytio, contermi-
 num. huc quidpe maximè faciunt historiæ, in prædictæ Citatellæ situm minimè
 quadrantes. Diodorus lib. xii: οὗ δὲ Δυκέπ^ο, *περὶ τῆς Σικελίας*, *ἡγεμονίᾳ*, *ἡγεμονίᾳ* ἐπὶ τῶν
 θεῶν ἑαυτῷ δεδωκυ, κίσει τὴν Καλλιῶν ἀκτὴν ἐν Σικελίᾳ, κατὰ τὴν εἰρήνην εἰς τὴν νῆσον μετὰ πολ-
 λῶν οἰκητῶν. *Ἐπιπέλαγον* δὲ καὶ τῶν Σικελίων ἕως, ἐν οἷς καὶ Ἀρχωνίδης, ὁ τῶν Ἐρβιτιῶν
 ἄναξ. Id est: Ductius, oraculo se iussim simulans, uti Calacten in Siciliâ conderet,
 cum magnâ hominum, novas sedes quaerentium, turbâ in insulam trajecit. Adjungere se etiam
 Siculorum nonnulli: & inter hos Archonides, Herbitensium princeps. Et lib. xiiii: Διονύσι^ο,
 ἢ, ὁ τῶν Συρακυσίων τύραννος, ἐπειδὴ τὴν πρὸς Καρχηδονίους εἰρωλὴν ἐποίησεν, τὰς ἐμὸν τῶν Καρχη-
 δίων πόλιν ἐπέλασε *περὶ τῆς Σικελίας*. αὐτῷ δ' ἦσαν, Νάξος, Κατάνη, Λεοντίνιοι. πρῶτον μὲν δὴ τὴν
 ἐπελάσας, παρέλαβε τὸ Φόρον. καὶ ἢ τῶν τῶν Λεοντίνους ἀναζήσας, ἐγγὺς τῆς πόλεως κατὰ
 τὴν ἐπιπέλασον. Ἐπὶ μὲν πρῶτον ἐξήπαρξεν κήρυκα πρὸς τὰς Λεοντίνους, κελύων *περὶ τῆς πό-*
λεως. καὶ πρὸς ἐρχόντων ἢ τῶν Λεοντίνων, ἀλλ' ἀπαντα περιστάσασθαι τὴν πρὸς τὴν πολιορκίαν, Διονύ-
 σι^ο, ὅτι ἔχων μηχανήματα, τὴν μὲν πολιορκίαν καὶ τὸ παρὸν ἀπέργα, τὴν δὲ χεῖρα ἀπέσπει εὐε-
 λάσας. Ἐκείθεν δ' ἀναζήσεν δὴ τὰς Σικελίας, *περὶ τῆς Σικελίας* τὴν πρὸς τὴν πόλιν ἐπιπέλα-
 σεν, πρὸς τὸν οὐδὲν Κατάνης καὶ Νάξος βαθυμότερος ἤματι περὶ τὴν τῆς πόλεως Φυλακίαν. Δια-
 τρέψων ἢ περὶ τὴν Ἐννάν, Ἀίμνησον τὴν Ἐνναίον ἐπέσεν δὴ τῆς πόλεως ἐνναίῳ, *Ἐνναίῳ* τῆς
περὶ τῆς πόλεως ἐπιπέλασον. * καὶ τὴν Ἀίμνησον συλλαβὴν, *περὶ τῆς πόλεως* ἐνναίῳ τῆς
 πόλεως. αὐτὸς δὲ, οὐδὲν ἀδικήσας, ἀπῆλθεν ἐκ τῆς πόλεως. Ἐκείθεν δὲ ἀναζήσας, τὴν τῶν Ἐρ-
 βιτιῶν πόλιν ἐπέλασε δὴ τῆς πόλεως. οὐδὲν δὲ πρὸς τὴν πόλιν, πρὸς τὴν πόλιν ἐπέλασε, τὴν δὲ
 διώμας ἤγαγον δὴ τῆς πόλεως. Hoc est: At Dionysius, Syracusanorum tyrannus, postquam
 pacem cum Carthaginensibus fecerat, vicinas Calchidensium urbis ditioni suæ adiacere pro-
 peravit. erant autem Naxus, Catana, & Leontini. Primum igitur Aetnam infesto exer-
 citu petens, castellum cepit. Post in Leontinos ducens, prope urbem castra posuit. Ac primum
 quidem ad Leontinos mittit praenem, qui urbem sibi dedere jubeat. ast, ubi detrectare
 Leontinos imperata, & cuncta obsidioni toleranda necessaria comparare, videt: quod machi-
 nis tum destitueretur, oppugnatione in praesens omisa, agros eorum passim depopulationibus
 & pradis agendis vastat. Inde in Siculo movet: hos potissimum bello se petere simulans,
 ut Catanenses ac Naxii tanto signiores circa urbium suarum custodiam redderentur. Ad
 Ennam autem harenens, Aimmesto Ennensi tyrannidis capessendæ auctor est: suamque ad hoc
 persequendum operam pollicetur. Mox: Et comprehensum Aimmestum, ad supplicium En-
 nensibus tradit: ipseque, nullis damnis illatis, ex urbe abiit. Castris inde promotis, Her-
 bitensium urbem oppugnare adgressus est. sed quum res non succederet, pace cum illis iniitâ, co-
 pias adversus Catanam duxit. Et eodem libro haud multo post: Ἀρχωνίδης δὲ, ὁ τῶν Ἐρ-
 βιτιῶν ἀναξ, ἐπειδὴ πρὸς Διονύσιον εἰρωλὴν ὁ δῆμι^ο ὁ τῶν Ἐρβιτιῶν *ἡγεμονίᾳ*, διανοεῖται κί-
 σει τὴν πόλιν. εἶχε γὰρ μικροφόρος τῆς πόλεως ἑσπερὶ μὲν ὄχλον, ἐς τὴν πρὸς Διονύσιον πόλιν *ἡγε-*
μονίᾳ εἰς τὴν πόλιν. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἀπὸ τῶν Ἐρβιτιῶν ἐπιπέλασον αὐτῷ ἡγεμονίᾳ τῆς πόλεως,
 ἀναζήσας τὴν πόλιν ἐπέλασε τῆς πόλεως, κατὰ τὴν εἰρήνην εἰς τὴν νῆσον μετὰ πολ-
 λῶν οἰκητῶν. Hoc est: Archonides, Herbita praefectus, posteaquam populus Herbi-
 tensium pacem cum Dionysio firmaverat, nova urbi condendæ animum adjecit. mercenarius
 quidpe compluris habebat, & promiscuam in urbe turban, quæ belli Dionysiani metu eò consti-
 xerat. multi quoque Herbitensium in coloniam hanc ultro nomina profitebantur. Multitudine
 itaque, quæ convenerat, adsumit, collem quemdam occupat, VIII stadia à mari disitum: in
 quo Alæse urbis fundamenta jecit. Ex Diodori igitur istis verbis clarè ac dilucidè per-
 spicitur, Herbitam non fuisse prædictam Citatellam. à qua ad Calacten vel Alæ-
 sam contendere si voluissent Herbitenses; vel Centuripinorum, vel Agyrinensium,
 vel denique Ennensium, florentium tunc civitatum, permeandi fuissent fines. eâ-
 que ratione minùs fuisset commodum Herbitensibus, xx v circiter millibus pas-
 suum à Siculo mari disitis, ad alterum ac longiùs remotum mare, quod Tuscum vo-
 cabatur, coloniam deducere, eamque ibi tueri. At verò Nicosiam si intelligas esse
 antiquam illam Herbitam; xxx circiter inde numerantur millia ad Alæsam; nullo
 alio olim intercedente opido, præter Mutistratum castellum sive opidulum: quod &
 ipsum unâ cum proximo circa Alæsam litore, haud dubiè in Herbitensium fuit di-
 tione. quidpe potentem latèque imperitantem fuisse civitatem, satis vel ex eo adpa-
 ret, quod ab Dionysio, potentissimo Siciliæ tyranno, expugnari nequiverit. Verum
 enimverò

enimverò ipsa Nicofia an sit antiquorum Herbita, equidem dubito. sic quidpe tradit Aretius, in sua Sicilia chorographia: *Nicoxia nomen incertum esset, nisi coniectura, quam Herbitam antiquitus adpellabant, honestam & copiosam civitatem, esse doceret. Alii à proximo loco, Casalnis nomine, illuc eam translata aiunt. A qua haud procul Sperlinga arx in rupe, ex unâ parte in excelsâ altitudine excisâ. opidum ubi antiquitus fuisse, quod ruinâ atq; antiquitatis adhuc visuntur vestigia, vicini populi testantur. Hæc igitur potius antiquorum illa Herbita: ex cuius interitu postea crevit Nicofia. Cæterum vetustissima Herbitæ memoria apud Diodorum, dicto lib. XII, adnotata est anno III Olympiadis LXX XIII, id est, ante natum Iesum Christum CCCXLVI. Posterioribus quoque temporibus Cicero præcipuis in mediterraneo urbibus eam adnumeravit. Verrinâ II: Dixerunt [testimonium] Halasini, Catanenses, Tyndaritani, Ennenses, Herbitenses, Agyrinenses, Netinenses, Segestani. Verrinâ III: Herbitensis ager, Ennensis, Murgentinus, Assorinus, Imacharensis, Agyrinensis, ita relictus erat ex maximâ parte, ut non solum iugerum, sed etiam dominorum multitudinem quaeremus. Et eadem actione postea: Tu, quum civitatem Sicilia vulgò omne frumentum improbas, num ex Aegypto aut ex Syria frumentum Romam mittis? Improbas Halasinum, Cephalæditanum, Thermitanum, Amestratinum, Tyndaritanum, Herbitense. Item Actione V: Audistis Centuripinos, Agyrinenses, Catanenses, Herbitenses, Ennenses, complures alios, publicè dicere, quæ solitudo esset in agris. Sed celebritatem eius maximè indicat in dictâ actione III, his verbis: Videamus, Herbitensis civitas, honesta, & antea copiosa, quemadmodum spoliata ab isto ac vexata sit.*

Porro inter Capytium & Centuripas Ptolemæo locatur Ἰμαχάρα ὀπίδος, IMACHARA CHARA opidum. unde opidani sunt Ciceroni IMACHARENSES; & Plinio Imacharenses. Vulgata equidem Ptolemæi exemplaria habent, alia Ἰμαχάρα, alia Ἡμαχάρα & apud Ciceronem in Verrinâ III legitur primum Macharensis ager; dein Acharenses opidani: ut & Verrinâ V Leon Acharensis. Verùm, scribendum esse in capite vocabuli literam I, Plinii ordo alphabeticus, quem observat, aperte testatur. is enim ita refert lib. III, cap. VIII: Hyblenses, Herbitenses, Herbessenses, Herbulenses, Halycienses, Hadranitani, Imacharenses, Ichnenses, Ietenses, Mutustratini, Magellini, Murgentini, Mutycenses, Menanini, Naxii, Noani, Petrini, Paropini. Apud Ciceronem licet quædam exemplaria habeant in dictâ actione III Acharenses, & actione V in Leonte Megarensi; tamen alia exemplaria iisdem locis habent Imacharensis, & in Leonidâ Imacharensi. Vnde ex utroque tandem auctore liquet, apud Ptolemæum quoque in secundâ syllabâ a esse scribendum Ἰμαχάρα. Fazellus, decad. I, lib. III, cap. II, Macharam istam Ciceronis, Plinii, ac Ptolemæi, apud Pachynum posuit promontorium; ubi ruina veteris opidi vulgò incolis etiam tunc dictæ sunt *Citadella di Machari*. Verùm errasse posterioris sæculi huius loci incolas, falsòque ruinas eas interpretatos esse Imacharam urbem quosdam viros literatos, qui id incolarum pertraserunt simplicitati, præter supra citatam Ptolemæi auctoritatem, Cicero quoque adfirmaverit; apud quem, dictâ Actione III hæc leguntur: Herbitensis ager, Ennensis, Murgentinus, Assorinus, Imacharensis, Agyrinensis, ita relictus erat ex maximâ parte, ut non solum iugerum, sed etiam dominorum multitudinem quaeremus. Aetnensis verò ager, qui solebat esse cultissimus, & quod caput est rei frumentariae, campus Leontinus, sic erat deformis atque horridus, ut in uberrimâ Sicilia parte Siciliam quaeremus. Reliqua ista opida omnia (nam Murgentium circa Symathi fuisse ostium, mox ostendetur) quum inter se fuerint contermina, de Imacharâ quoque idem colligere licet. Imacharam itaque, simul ex hoc Ciceronis documento simul ex prædictâ Ptolemæi locatione inter Centuripas & Capytium, idem esse cenfeo opidum, quod nunc vulgari dicitur incolis vocabulo *Traiana*. Fallitur vehementer Fazellus, decad. I, lib. X; ubi hanc urbem veteri jurisconsulto Vlpiano *Traianopolim* esse docet. Verba jurisconsulti in Digestor. lib. XL, tit. XV, qui est *De Censibus*, hæc sunt: *Est & in Ciliciâ Selinus, & Traianopolis*. Vbi Fazellus legit, in *Siciliâ*. verùm fallitur, ut dixi, vehementissimè. quidpe eo titulo gentium longissimè ab Italiâ Siciliaque distitarum recenset colonias jurisconsultus, Syriae, Palæstinae, Daciae, Bithyniae, Ponti, Ciliciae. in hac verò fuit *Selinus*, urbs maritima; teste Ptolemæo. de qua ita ex Dionis libro quadragesimo octavo Xiphilinus, in vitâ Traiani: *καὶ ἐς Σελινόβου τῆς Κιλικίας ἐλθὼν, ὡς εἶναι καὶ Τραϊανὸς πάλιν καλεῖται, ἐξ αὐτοῦ ἀνέψυξε*. Id est: Tandem Selinuntem, Cilicia urbem, delatus, quam & Traianopolim vocamus;

vocamus, illico mortem obiit. Haud dubiè igitur ab Vlpiano scriptum fuit; Est & in Ciliciâ Selinus, quæ & Traianopolis.

GALARIA
opidum.

Haud procul à Trainâ, orientem versùs, quâ Randatium itur, opidulum nunc est vulgari vocabulo *Gagliano*. id Aretius idem putat esse, quod antiquitus dicebatur *Γαλαρία*, GALARIA, & item *Γαλαρίνα*, GALARINA. unde *opidani* fuerunt dicti *Γαλαρίνοι*, GALARINI, à *Γαλαρία*. à *Γαλαρίνα* verò *Γαλαρινάοι*, *Galarinai*: qui Romano ore rectè formabuntur GALARINENSES. sic enim ab *Αγύριον* verò *Αγυρίνοι*, *Agyrini*: ut supra ostensum. Apud Favorinum hæc leguntur: *Γαλαρίνα*, πόλις Σικελίας. Id est: *Galarina*, opidum Siciliæ. Sic & Stephani epitomator: *Γαλαρίνα*, πόλις Σικελίας, κτίσμα Μόργης Σικελῆ. λέγεται & *Γαλαρία* χώρα. ὁ πλείστος *Γαλαρίνος*, καὶ *Γαλαρινάος*. Id est: *Galarina*, opidum Siciliæ, à *Morge* Siculo conditum. Vocatur & *Galaria* regio. *Opidanus* inde dicitur *Galarinus*, & *Galarinaus*. Apud Diodorum, lib. xvi, hæc sunt: Ἐπὶ πρώτῳ δὲ τῶν τῶν Ἐπιλλίων πόλιν ἐλθόντες οἱ Καρχηδόνιοι, τὴν περὶ τὴν εὐχάσιον, καὶ οὐκ ἐγγυρῆς εἰς πολιορκίαν Σικελίαν. οἱ δὲ τὴν πόλιν κατοικῶντες Καμπανοὶ, καὶ ἀπὸ τῆς πόλεως τὸ μέγεθος τῆς διωάμεως, ἐξέπεμψαν εἰς τὰς ἄλλας πόλεις, τὰς ἀλλοτρίους *Διακίμους* πρὸς Καρχηδόνιους, καὶ βοηθείας. τῶν μὲν οὐκ ἄλλων ἔδει *ὑπέκτισεν* οἱ δὲ τὴν *Γαλαρίαν* πόλιν οἰκῶντες ἐξέπεμψαν αὐτοῖς στρατιώτας ὀπλίτας χιλίους. τῆστις δὲ ὑπαντήσασθαι οἱ φοίνικες καὶ περικυβήτες τῶν πλῆθι, πάντας κατέκταναν. οἱ δὲ τὴν Αἰτνὴν κατοικῶντες Καμπανοὶ τὸ μὲν πρῶτον παρεστράξαν συμμάχων ἐπιπέμπειν εἰς τὴν Ἐντελλαν, καὶ τὴν συγγενεῶν μὲν ἢ τὰ τῶν τῶν *Γαλαρίων* συμφορὰν ἀνίστασθαι, ἐκρίναν ἡσυχίαν ἀρῆν. Hoc est: *Carthaginenses*, primam *Entellinorum urbem* adgressi, pervastatis agris, *opidanos*, intra *mœnia conclusos*, obsident. Urbem tunc *Campani* tenebant. qui *multitudine hostium* perterriti, *urbis cæteras*, quibus odium cum *Pœnis* intercedebat, de ferendis auxiliis sollicitant. *Aliorum* quidem nulli postulatis illorum adferunt. soli *Galeriam* habitantes *χιλίο* armatos subsidio miserunt. quos tamen in itinere obviam facti *Carthaginenses*, *multitudine circumventos*, ad unum omnibus contrucidarunt. *Campani* quidem, *Aetnam* incolentes, auxiliis *Entellam*, consanguinitate sibi conjunctam, sublevare initio parati erant: sed *clade Galerinarum* intellectâ, bello abstinere, satius fore duxerunt. *Vitiata* esse duo ista vocabula *Γαλαρίαν* & *Γαλαρίων*, à genuinis *Γαλαρίαν* & *Γαλαρίων*, cum ex *Favorini* ac *Stephani* epitomatoris supra recitatis locis, tum ex ipso patet *Diodori* lib. xviii; ubi ita scriptum est: Ἄμα ἢ τὰτοις πρασοειδήμοις, *Δεινοκράτης*, ὁ τὴν *Συρακουσίων* *Φυγάδων* ἡγήμενος, πρὸς μὲν τοὺς Καρχηδόνιους διεπέμπετο, βοηθῶν ἀξίων πᾶν ἢ τὴν Ἀγαθοκλέα πᾶσαι ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσασθαι *Σικελίαν*. αὐτὸς δὲ πρὸς δεξιὰ μὲν τῆς ἐκ *Μεσσηνίας* ἐκβεβληθέντος *Φυγάδας*, ἔχων ἀδραὺ διώματι, ἀπέστλέινα τὴν πρὸς αὐτὸν *Νυμφόδορον*, δὲ μὲν τὴν *στρατιωτῶν*, ἵππῶν τὴν *Κεντροπίνων* πόλιν. ταύτῃ γὰρ *Φρεσμένῳ* ὑπ' Ἀγαθοκλέους τὴν *πολιτικῶν* ἵνες ἐπηγγείλαντο *παροδοσῆν*, ἐφ' ἧ τὴν αὐτονομίαν δοθῆναι τῷ δήμῳ. παρεπισπῶνται δὲ εἰς τὴν πόλιν αὐτῶν *Νυκίος*, οἱ πρὸς αὐτὸς τὴν *Φρεσῆς* αἰδομένοι τὸ *ζεῖν*, αὐτὴν πρὸς *Νυμφόδορον* ἀεὶλον καὶ τὴν *βιαζομένην* ἐν τῷ τείχεσσι. * * * Οἱ δὲ πρὸς τὴν *Δεινοκράτην* *Φυγάδες*, ἔχοντες πρὸς μὲν ὑπὲρ τῆς *τριχίλης*, ἵππῶν δὲ οὐκ ἐλάττω διακίμων, τὴν *καλαμῶν* *Γαλαρίαν* κατέλαβον, τὴν *πολιτῶν* ἐκείνης *ἑπικαλεσμένων* καὶ τοὺς μὲν Ἀγαθοκλέους ἐξέβαλον, αὐτοὶ δὲ πρὸς τὴν πόλιν ἐστρατοπέδωσαν. Ἀγαθοκλέους ἢ *ταχέως* *δοσεύλατῳ* ἐπ' αὐτοὺς *Πασίφιλον* & *Δημόφιλον*, καὶ *στρατιωτῶν* *πεντακισχιλίων*, ἐξήνετο μάχη πρὸς τὴν *Φυγάδας*, ὧν ἠγῶντο *Δεινοκράτης* & *Φιλανίδης*. * * * Οἱ δὲ πρὸς τὴν *Πασίφιλον* τῶν *πολλῶν* καὶ τὴν *Φυγάδων* αἰεὶλον, & τὴν *Γαλαρίαν* ἀνακτησάμενοι, τὴν αὐτῶν τὴν *δοσεύλατος* ἐκόλασαν. Hoc est: *Dum* hæc geruntur, *Dinocrates*, *exsulum Syracusanorum dux*, ad *Carthaginensium* auxilia petitum mittit, priusquam *Agathocles* *Siciliam* totam sua potestatis faceret. ipse etiam, *exsulibus*, quos *Messanenses* ejecerant, susceptis, quum *validas jam copias* haberet, *Nymphodorum*, *ex familiaribus* quemdam, cum *parte copiarum* ad *Centuripinorum urbem* misit. hanc enim, *Agathoclis* presidio firmatam, nonnulli se *tradituros pacti* erant; hæc condicione, si potestas suis legibus vivendi populo redderetur. *Iamque noctu* in urbem irruperat, quum *custodie præfecti*, rem *adorati*, & *Nymphodorum ipsum* occiderunt, & eos, qui per *vim mœnia* intraverant. Et paullo post: *Dinocrates* verò cum *exsulibus*, habens supra *tria millia peditum*, & non infra *duo millia equitum*, *Galariam* occupat; quum *ultra cives eum* vocassent: & *factione* *Agathoclis* ejectâ, ipse ante urbem castra locat. *Missi* verò contra ipsum *Pasiphilo* & *Demophilo*, cum *v. millibus militum*, *prælium* fit cum *exsulibus*, quorum duces erant *Dinocrates* & *Philonides*. Mox: *Pasiphilus* autem *complureis* horum in fugâ *necavit*; & *Galariam* recuperatâ, *auctores defectionis* supplicio adfecit. Adparet ex hac *historiâ* fati *discreti* indicium, *Galariam*

Galariam in eodem cum Centuripis circa Aetnam montem ac Symæthum amnem tractu fuisse positam. cui situi juxta ac nomini urbis satis probè convenit prædictum opidum *Galianum*, seu, ut vulgò vocant scribuntque incolæ *Gagliano*: ubi litera *gl* pronunciantur fermè ut geminum *ll*. dici quidpe id vocabulum posterioribus poterat temporibus à pristino *Galariano*. Sed huic opinioni haud levè etiam illud adfert firmamentum, quòd Stephanus Galariam Ἐ μόργα Σικελῆ κῆσμα esse adfirmat, id est, *opidum à Morge Siculo conditum*. sic quidpe tradit Strabo lib. vi: φασι δὲ Ἰνέσι, τὸ Μοργάνιον ἐπιβθῆναι τὸ ἀποσηροῦσαν ἀπὸ τῶν μοργήτων ἔχον. Id est: *Sunt, qui Morgantium à Morgetibus nomen habere adferant*. Et eodem libro postea; ubi de Græcorum in Sicilia migratione agit: Οὐδένα ἢ τὴν ἀρχαίαν εἶων οἱ ἔλλατες ἀπέδωκεν, τὴν δὲ μεσογείας ἀπέειργον πάντας πρὸς τὴν ἴσχυον· ἀλλὰ διετέλεισαν μετὰ δέδρο Σικελῶν ἔ Σικανῶν ἔ Μοργήτες, καὶ ἄλλοι Ἰνέσι νεμώδιοι πλὴν νῆσον. Ἐ τῶν μοργάνιον ἢ εἰκὸς ἔσπεδ τῶν μοργήτων ἀκίδη. Id est: *Græci non manebant quemquam oram tangere maritimam: at è mediterraneis ejicere omnino non valebant, manebantque ad ea tempora Siculi, Sicani, Morgetes, & nonnulli alii, insulam incolentes, ac probabile est, Morgantium à Morgetibus fuisse conditum*. Morgantium fuisse circa Symæthi amnis ostium, mox postea ostendam. Hic igitur Siciliae circa Symæthum amnem & Aetnam montem tractus sedes fuit Morgetum: quos unà cum Siculis ex Italià in Siciliam, quæ tum dicebatur Sicania, transmigrasse, tradit eodem libro ante Strabo, & item Dionysius Halicarnassensis lib. i.

20 Porro inter Centuripas & Agyrium referunt Excerpta legationum è Diodori *ΣΥΜΕΤΗΥΣ* lib. xxii τὸ Ἀμήσελον χωρίον, *Ameselum opidulum*; ni corruptum id fortè fuerit vocabulum, ut innumera in iisdem legationum excerptis alia. Verba istic hæc leguntur: Οἱ Ἰέρων, μίλιας κατὰ κράτος ἐλὼν, ἐκυρίωσε στρατιῶν α φ. ὄθως ἢ ἔ τὰλλα χωρία χειρέριον, κατῴθησεν δὲ τὸ Ἀμήσελον, κείριον μετὰ τὸν Κενταρίων ἔ Ἀγυρινῶν. ἔχυρος ἢ ὄντος, καὶ πολλὰς στρατιῶτας ἔχοντος, ἐκπληροῦσας τὸ χωρίον, ἔτο ἐδρ κατέσκαψε, τὰς δὲ Φρυγίας ἀπολύσας τὴν ἐγκλημάτων, ἔλαξε εἰς τὰς ἰδίας πέζεις· ἢ ἢ χῶρας πλὴν ἐδρ πῆς Κενταρίωνος, πλὴν ἢ πῆς Ἀγυρινῶν εἰδωρήσατο. Id est: *Hiero, Mylis vi expugnatis, mille quingentos milites in potestatem redegit. & confestim aliis quoque locis subactis, Ameselum versus contendit, quod inter Centuripinos & Agyrinenses situm est. Id opidum licet firmum esset, multumq. haberet militum; expugnavit tamen, diruitque: & prædarios, criminibus exsolutos, in ordines suos adscivit. agri verò partem Centuripinis, partem Agyrinensibus donavit. Opidum hodiè, medio fermè Centuripas inter & Agyrium itinere, apud dextram Symæthi fluminis ripam situm est, in primis insulæ urbibus clarum, vulgari vocabulo *Racaluto*. quod ex situ, antiquum illud esse opidum Diodoro memoratum, colligo.*

Verum, ut antè dixi, vehementer vereor, ne id vocabuli corruptum sit, ut innumera alia passim in iisdem Legationum excerptis. Ptolemæo sanè opidum in mediterraneo Siciliae memoratur, nomine, ut vulgata habent exemplaria *Δύμηθος*, *Dymethus*. quod & ipsum corruptum esse vocabulum à genuino *Σύμηθος*, *SYMETHVS*, Plinii satis clarè docet testimonium; apud quem lib. iii, cap. viii, opidani mediterranei leguntur *SYMAETHII*. *Hadrانيتاني*, inquit, *Imacarenenses, Ichanenses, Ietenenses, Mutustratini, Magellini, Murgentini, Mutycenses, Menanini, Naxii, Noeni, Petrini, Parapini, Phintiensis, Semellitani, Scherini, Selimuntii, Symæthii, Talarientes, Tiffinenses, Tricacalini*. Suprà autem, lib. i, cap. x, docui, idem flumen & Symæthum & Symethum fuisse dictum. Opidi igitur etiam nomen rectè formatum erit *Σύμηθος*, *SYMAETHVS*. unde *opidani Συμαῖθιοι, Symæthii*; ut testis est dicto loco Plinius. qua formatione etiam Virgilius usus est, *Aeneid. lib. viii*, in his versibus:

*Stabat in egregiis Arcentis filius armis,
Insignis facie; genitor quem miserat Arcens,
Eductum Martis luco, Symæthia circum
Flumina.*

50 Sic & Ovidius, *Metamorph. Φύσεων* lib. xiii *Acin Simethium* vocat heroem, hoc versu:
Terga fuga dederat conversa Simethius heros.

In dictis itaque Legationum excerptis eadem vox *Σύμηθος* miserè corrupta est, transpositis commutatisque literis in *Ἀμήσελον*. Ptolemæum id non inter Agyrium & Centuripas, sed inter has & Aetnam opidum locasse, (quo situ esse minimè potuit, ob vicinitatem quatuor opidorum Centuriparum, Aetnæ, Hyblæ & Hadrani, quæ mox ostendam) nemini fas sit mirari, quum ipsum amnem Symæthum per-

ram atque imperitè, ut pleraque alia, inter Catanam & Tauromenium posuerit, ut supra, dicto lib. I, cap. X, ostensum est. Ceterum à quibus mortalibus & quo tempore cum ab initio conditum fuerit id opidum, tum post Hieronis everfionem restitutum, (quod factum patet ex Plinii Ptolemæique commemoratione) incertum est.

HADRANVM opidum.

Αδρανων πόλις, HADRANVM opidum, Diodoro, Silio, Plutarcho, atque Stephano memoratum, vulgò nunc dicitur Aderno, ad radices Aetnae VII circiter millia passuum ab Centuripis positum. Opidani inde sunt Diodoro, Plutarcho, ac Stephano Αδρανίται, Hadranitæ. quod Latino ore Plinius formavit HADRANITANI: quemadmodum à vocabulo Δρέπανον, Drepanum, dicebantur opidani Græcis Δρεπανίται, Latinis verò Drepanitani. At in nummo antiquo, quem Goltzius refert, & item apud Stephanum, ut mox videbimus, opidani sunt Αδρανίται, Hadranii. Ceterò scribitur id vocabulum passim sine adspiratione Αδρανον, Adranum. at cum adspiratione esse scribendum, cum Silii exemplaria docent, tum maxime Plinii auctoritas; qui id in ordine suo alphabetico inter vocabula ab H incipientia recenset. sic quidpè scriptum est lib. III, cap. VIII: Hyblenses, Herbitenses, Herbessenses, Herbulenses, Halycienses, Hadranitani, Imacareses, Inachenses, Ietenses, Mutustratini, Magellini, Murgentini. Et apud Silium lib. XI III:

Hadranum, Hergentumq, simul, telâque superba Lanigerâ Melitæ.

Situm opidi indicat Diodorus lib. XIII, his verbis: Διονύσιος δὲ ἐν τῇ Σικελίᾳ πόλιν ἐκτίσεν ὑπὸ τὸν τῆς Αἰτῆς λόφον, καὶ δοτὶς αὐτῷ ὀπίθην αἰετῶν ἀπέσκησεν αὐτὸν Ἀδρανὸν. Id est: Dionysius in Sicilia opidum sub ipsum Aetnam montem exstruxit, quod ab insigni quodam fano Hadranum vocavit. Factum est Olympiadis XCV anno primo; ipso Diodoro teste: id est, anno ante natum Iesum cccc. At ierò hoc ἔστι Αδρανίται, id est, FANVM HADRANI, jam antea eo loco fuisse, disertè ex citatis verbis liquet. Idem auctor lib. XVI: Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ μὲν Ἰκέτας, ἀναλαβὼν τῶν στρατιωτῶν τὸν δέξιον πέντακισχιλίους ἐστράτευσεν ὅππῃ πύς Ἀδρανίταις, ἀναπερὶήοντας αὐτῶν, καὶ ἀπὸ τῆς πόλεως κατὰ στρατοπέδουσαν. ὁ δὲ Τιμολεὼν, περὶ λαβὸν αὐτῶν ταυρομυρῶν στρατῶν, ἀνέβη ἐκ τοῦ ταυρομυρῶν, τὰς ἀπέναντες ἔχων ἑπτακίς τῶν χιλίων. δεξιῶν δὲ τῆς νυκτὸς ἀφορμήσας, καὶ ἀδρανίταις ὅππῃ τὸ Ἀδρανὸν ὀπίθην ἀνελπίστας ἐπέθετο τῆς πύς τὸν Ἰκέταν δεκτικῶν αὐτῶν. Id est: Post hæc Hicetas, v millibus delectissimorum in exercitu militum contra Hadranitanos ductis, prope opidum castra posuit. Timoleon verò, aliquot cohortibus à Tauromenio acceptis, inde movit; in universum non supra mille ducens. Egressus sub principium noctis, altero die Hadranum usque iter confecit: ac forte fortuna in cananteu Hicetianos incidit. Sed disertius locum opidi ostendit Plutarchus in Timoleonte, eandem rem narrans: Αδρανίται πόλιν μικρὴν μὲν, ἱερὰν δὲ ἔσσαν Ἀδρανίται θεῶν Ἰνῶν, ἡμιμυρῶν ἀφαιρόντων ἐν ὅλῃ Σικελίᾳ, κατοικῶντες, ἐσπασίαντες περὶ ἀλλήλους, οἱ μὲν Ἰκέτιν περὶ ἀδρανίταις ἔκαρθηδόντες, οἱ δὲ περὶ Τιμολεὼνα ἀπαιροῦντες. καὶ πῶς ἀπὸ τῶν τοιούτων ζυνεύτη, σφιδόντων ἀμφοτέρων, εἰς ἑνὰ κερὸν ἀμφοτέρους ἤρεσθαι τὴν παρεσίαν. ἀλλ' Ἰκέτης μὲν ἦεν πέντακισχιλίους στρατῶν ἔχων. Τιμολεὼν δὲ ἦ οἱ σύμπαντες ἦσαν οὐ πλείους χιλίων ἀδρανίταις. οὐς ἀναλαβὼν ἐκ τῆς ταυρομυρῶν, ἐσπασίαν περὶ τὸ Ἀδρανὸν ὄντων περὶ ἀδρανίταις ἑπτακίσιον, τῇ μὲν πρώτῃ ἡμερῶν οὐ πολὺ μὲν ἔσσαν περὶ ἀδρανίταις, καὶ κατηλύσαντο τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ζυνεύτη ἐσπασίαι, καὶ χαλεπὰ χωρῆα διελθὼν, ἤδη τῇ ἡμέρᾳ κατὰ φερομένης ἤκασαν ἀρῆ περὶ ἀδρανίταις τὴν Ἰκέτιν τῶν πέντακισχιλίων, καὶ κατὰ στρατοπέδουσαν. Hoc est: Hadranitani, exiguum quidem, sed deo cuidam Hadrano, quem tota Sicilia religiosissimè veneratur, opidum incolentes, mutuis inter se agitantur seditiombus. Horum una pars Hiceten & Pænos accersebat, altera verò Timoleontem. Accidit autem forte fortuna, dum pro se maturat uterque, uti sub idem tempus adessent ambo. Verum Hicetes ducebat secum v millia militum. Timoleon autem milites habebat haud amplius cccc. cum his à Tauromenio movit: quod distat ab Hadrano millia XLII & passus 10. nec multum itineris primo die emensus, castra metatus est. postero die, ducto raptim agmine, locisque asperis superatis, præcipiti jam in vespertinum die accepit, ad opidulum accessisse Hiceten; juxtaque castra ponere. Aspera ista loca erant in radicibus Aetnae montis, faxis è crateribus Aetnae ejectis impedita; ut supra lib. I, cap. VIII docuimus. Ceterum Stephani epitomatori Αδρανίται quoque πόλις, id est HADRANIVS amnis, memoratur ad hoc opidulum. Αδρανίται, inquit, πόλις Σικελίας ἐν τῇ Αἰτῇ, πόλις μὲν ἐμμάκων ἐχουσα. λέγεται καὶ δεσποικῶς Αδρανίταις. Αδρανίταις δὲ ἔστι ἡ Αδρανίταις Φησι τὸ ἔθνος. Vt innumeris aliis locis apud hunc epitomatozem vocabula mirum atque immanem in modum

HADRANI fanum.

modum corrupta leguntur, sic heic etiam καὶ & Ἀδρανίτις vitiosa esse iudico ex geniuinis δὲ & Ἀδρανίτις. quapropter posteriora sic lego: λέγεται δὲ Ἀδρανίτις Ἀδρανίτις. Ἀδρανίτις δὲ Ἀδρανίτις φησι τὸ ἔθνος. sensusque uniuersorum uerborum erit iste: Hadranum, opidum Siciliae apud Aetnam, amnem habens cognominem. uocatur autem is masculino genere Hadranus. Apollodorus uero gentilitium dicit Hadranita. Nempe amnis ex opidi nomine derivatio seu gentilitio uocabulo, quod antiquum etiam nummum referre dixi, dicebatur Hadranus. Apollodorus uero aliud ab hoc gentilitium usurpauit Hadranite: quo Diodorus quoque & Plutarchus locis praescriptis usi sunt. Amnis is hodieque uulgari adpellatione dicitur Fiumme d' Aderno.

- 10 Caterum eodem inter Aetnam montem ac Symethum amnem tractu fuit Ἴβλα ^{HYBLA MAIOR} πόλις, ἢ Μείζων τῶν Ἰταλικῶν, id est, HYBLA urbs, cognomento Maior; Thucydidi, Livio, Pausania, Ptolemaeo, ac Stephano memorata. Apud Pausaniam in Eliacis haec legitur: Πρὸς τὴν ἀριστερὰν τῆς Γέλωνος ὁδὸς ἔστι κεν ἀρχαῖον, ἔχον σπήλαιον. Ἴβλαίων δὲ φασι εἶναι ἀνάθημα. Αἱ δὲ πόλεις ἐν Σικελίᾳ πόλις αἱ Ἴβλαί, Γεραίας Ἰταλικῶν, τῆς ὡς περὶ καὶ ἐκάλουται μείζων. ἔχουσι δὲ καὶ ἐμὲ ἐπὶ τῶν ὀνομάτων. ἐν τῇ Κατάναια δὲ ἡ πόλις ἔστιν Ἰβλαίων ἢ ἢ κωμὴ π Κατάναιων ἢ Γεραίας, καὶ ἔστιν ὅτι τῶν Ἴβλαίων ἐστὶν ἡ πόλις, παρὰ Σικελιωτῶν ἔχον ἡμᾶς. παρὰ τῶν τῶν ἡμιδωλῶν τὸ ἀρχαῖον ἐς Ὀλυμπίαν ἠγέμεν. παρὰ τῶν γὰρ σφαιρῶν ἐστὶν ὁ δὲ Ἀρχομενίδης φησι ἐξηγητῶν εἶναι, καὶ μάλιστα Ὀσείβειαν τὴν ἐν Σικελίᾳ βαρβάρων ἀποκαλεῖται. Hoc est: Prope Gelonis curram stat. Iupiter priscae operis, sceptrum tenens. Hybleorum domum esse atunt. Fuere autem Hybla in Siciliae urbes duae; quarum altera Gereatis cognomine; altera, ut erat, ita etiam uocabatur Maior. retinentque haec etiam etate prisca nomina. altera earum in agro Catanensi plane deserta; altera Gereatis, eorundem Catanensium, ad uici formam redacta est. In hac sanum est, dea, quam Hybleam uocant, dicatum, Siculorumque celebritate religiosum. Atque ab his praedictum signum Olympiam deportatum arbitror. quidam ostentorum & somniorum interpretes esse, ac ceteros, qui in Sicilia sunt, Barbaros deorum caeremoniis colendis anteire, Philistus, Archomenidis filius, memorie prodidit. Apud Stephani epitomatorem haec sunt: Ἴβλαί, τρεῖς πόλεις Σικελίας. ἢ μείζων, ἢ οἱ πολλοὶ τῶν Ἴβλαίων. ἢ μικρὰ, ἢ οἱ πολλοὶ τῶν Γαλεωτῶν, μεγαρεῖς. ἢ ἢ ἐλάττω Ἡραία καλεῖται. ἐστὶ δὲ πόλις Ἰταλικῶν. τῶν Ἴβλαίων, ὁ δὲ τῶν Ἴβλαίων βασιλείως. Διὰ τὸ τὸ πολλὰς Ἴβλαίων καλεῖται τῶν Σικελιωτῶν πόλεων. ὅτι ἐνοικεῖν τας, Μεγαρεῖας ἐκάλεσαν. Id est: Hyble tres sunt Siciliae urbes. maior, cuius opidani Hyblaei. parua, cuius opidani Galeotae, Megarenseis. minor uero Hera uocatur. Est & Italiae urbs eo nomine. Hyblam ab Hyblone rege. propterea complureis Sicularum urbium Hyblas esse uocatas. incolas Megarenseis adpellarunt. Corruptissimum esse locum, & magna uerborum parte mutilatum, supra lib. I, cap. XI, monui, ubi tamen (ingenuè enim fatebor) typographorum festinatione praecipitatum, parum feliciter eum restituere conatus sum. sic enim corrigendus erat: Ἴβλαί, τρεῖς πόλεις Σικελίας. ἢ μείζων, ἢ οἱ πολλοὶ τῶν Ἴβλαίων. ἢ μικρὰ, ἢ οἱ πολλοὶ τῶν Γαλεωτῶν. ἢ ἢ ἐλάττω Ἡραία καλεῖται. τῶν μικρῶν Ἴβλαίων, ὁ δὲ τῶν Ἴβλαίων βασιλείως, τὰς δὲ ἐνοικεῖν τας. μεγαρεῖας ἐκάλεσαν. Διὰ τὸ τὸ πολλὰς Ἴβλαίων καλεῖται τῶν Σικελιωτῶν πόλεων. Hoc est: Hyble tres sunt Siciliae
- 40 urbes. maior, cuius opidani Hyblaei. parua, cuius opidani Galeotae atque Megarenseis. minor uero Hera uocatur. Parua Hyblam ab rege Hyblone, eius uero incolas. Megarenseis adpellarunt. [desunt multa] ac propterea complureis Sicularum urbium Hyblas esse dictas. Ex his Minor, siue omnium minima, cognomento Heraea, erat inter Gclam & Pachynum promontorium; ut suo loco demonstrabitur. Parua, & cognomine Galeotis erat ea, quae, in litore inter Syracusas Leontinosque posita, postea, immigratibus Graecis Megarenseibus, Megara dicta est. Maior, seu maxima omnium, in Catanensi fuit agro. harum duarum tantum meminit dictus Thucydides, lib. VI. De Maiore ita tradit: καὶ δὲ ἀποπλάσσωσιν οἱ Ἀθληαῖοι ἐς Καπύλιον, ἐκείθεν δὲ Ἰταλικῶν, πόση τῆς ἐρημίας ἐχώρου Ἰταλικῶν, Σικελιωτῶν πόλις καὶ μεγαρεῖας. ἢ οἱ πολλοὶ τῶν Ἴβλαίων, ἢ οἱ πολλοὶ τῶν Γαλεωτῶν, μεγαρεῖας ἐκάλεσαν. Id est: Athenienses, Catanam classe reuersi, & illic frumentati, cum omnibus copiis proficiscuntur aduersus Centuripa, Siculorum opidum. Quo quum ex conuentione intrassent, abierunt, simul incendentes segetes Inessaorum atque Hybleorum. Reuersi Catanam, offendunt equites c. c. I, ex Athenis aduocatos. Alterius autem Hyblae, id est, Paruae siue Galeotidis meminit eodem libro antea. μετα δὲ πῶτα, inquit, οἱ λοιποὶ τῶν Ἀθληαίων ἐρετηροὶ ἐν τῇ Σικελίᾳ, δύο μέρη ποιήσουσιν Ἐρετηροῦ καὶ λαχὼν ἐκάτερον, ἔπλεον ἑξὺ πάντι ἐπὶ Σελίαντι.

νῦν ὁ ἕξ ἡμέρας. * Παραπλέοντες δὲ ἐν ὄρισερᾷ τῶν Σικελίας, τὸ μὲρ ὅτι πρὸς τὸν Τυρ-
 σωτικὸν κελῶνα, ἔχοντες ἡμέραν. Ἐὼς δὲ ἐδέχοντο αὐτὰς, παρεκομίζοντο. Ἐν τῷ ὄρισερᾷ αἰρή-
 σιν Ἰκκαρεῶν, πόλιμα Σικανῶν. * καὶ ἀνδραποδισθεὶς τῶν πλιν περιέδοσαν Ἐγρεσίους. αὐτὴ δὲ
 πάλιν τῷ μὲρ πρὸς ἐχώρου Διὰ τῶν Σικελῶν, ἕως ἀφῆκοντες ἐς Κατάνην. αἱ δὲ ἦντες ἐπιπλάσσαν, τὰ
 ἀνδραποδα ἄγασαι, Νικίης ἢ Ὀδύς ἐξ Ἰκκαρῶν δὲ Ἐγρεσίους ὄραπλάσσαν, Ἐτάλλα ζευματίους ἢ
 λαδῶν πλάσσαν τεμάχοντα, παρῶς ἐς τὸ στρατόμα. Ἐὼς τὰς τῶν Σικελῶν ζευμαχίας ἐπιπλάσσαν,
 ἐραδίαι κελδόντες πύμπη. τῆς ἡμισείας ἑαυτῶν ἤλθον ἐπὶ Ἰβλαν τῶν Γελεῶν, πλεμίων ἔσαν.
 καὶ ἔχοντες καὶ τὸ ἦρ ὅτι ἐπλάσσαν. Τὰ δὲ δὲ Πηργινομάχου ζευμαχίας Ὀδύς τῶν ἔφεδον ἐὶ ἀθλαῖαι
 ἐπὶ Συρακυσίας περιεδοσαν. οἱ δὲ Συρακυσίαι Ἐαυτοῖς, ὡς ἐπὶ ἑκαίνας ἰόντες. ἐπειδὴ γὰρ αὐτὴς
 πρὸς τὸν πρῶτον Φοβὸν ἔτῳ περιδοσαν οἱ ἀθλαῖαι ὅσα Ὀδύς ἐπέκειντο, κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκά-
 τῳ περιδοσαν ἀνδραποδισθῆναι, καὶ ἐπειδὴ πλεόντες πᾶσι ἐπέκειντο τῶν Σικελίας πλὴν ὅσοι σφῶν
 ἐφαινετο, καὶ πρὸς τῶν Ἰβλαν ἐλθόντες Ἐπερσάσσαν ἔχοντες βία, ἐὶ πλεόν κατὰ Φρήνησιν. καὶ
 ἤξιον τὰς στρατηγὰς ἀρῶν σφῶν ἐπὶ Κατάνην, ἐπειδὴ γὰρ ὅσα ἑκαίνας ἐφῆ ἑαυτὰς ἐρχοντα. Hoc
 est: Post hac reliqui duces Atheniensium in Sicilia, bifariam diviso exercitu, ac sortito im-
 perantes, cum omnibus copiis versus Selinuntem navigant atque Egestam. Ac prater navigan-
 tes à sinistrâ Siciliam, quâ ad Tuscum vergit sinum, Himeram adpulerunt. ubi quum non reci-
 perentur, prater vecti sunt ulirâ. In praternavigatione ceperunt Hyccara, opidulum Sicani-
 cum. id, ab se direptum, Egestanis tradiderunt. Ipsi rursus cum peditatu per Siculos peragran-
 do, Catanam usque pervenire, navibus, quæ prædam portabant, circumperantibus. At Nicias
 ab Hyccaris protinus Egestam navigavit. ibi quum rebus constituendis operam dedisset, acceptis
 triginta talentis, exercitui se conjunxit. Tunc circumvecti oram Siculorum, quæ socii erant,
 jubent eos suas copias mittere. cum dimidiâ verò sui exercitus parte Hyblam Geleatin adgressi,
 quæ hostilis erat, expugnare eam non valuerunt. æstasque excessit. Insequenti statim hieme
 Athenienses ad invadendas Syracusas sese adparabant: pariterque Syracusani & ipsi, tamquam
 in illas ituri, qui, quoniam ad primum terrorem atque expectationem non protinus invade-
 rant Athenienses, quotidie magis magisque animis confirmabantur: & quia, dum oram illam
 præterveherentur, longius ab ipsis ire conspecti erant, profectique adversus Hyblam expugnare
 eam nequiverant, eo vehementius illos contemnebant: postulabantque à ducibus, ut se Cata-
 nam ducerent; quandoquidem hostis in ipsos non iret. Eamdem historiam breviter sic re-
 fert Plutarchus in Nicia: Πρῶτον μὲν ἀπὸ πύργου τῶν πλεμίων ἐκπεπλημένων Σικελίας, ἡμέρας 39
 ἔδωκεν αὐτοῖς ἐπειδὴ περιεδοσαν Ἰβλαν, πλεμίων μικρῶν, Ἐπερσάσαν ἔχοντες βία, καὶ κατὰ Φρή-
 νησιν. καὶ τὸ ἦρ ἐὶς Κατάνην ἀπῆλθε, περσάσαν ἔχοντες βία κατὰ ἐπερσάσαν Ἰκκαρεῶν, βαρβαρικὸν ὀπι-
 δούλιον. Id est: Ac primùm, dum litora Sicilia longissimè ab hostibus circumvehitur, animum eis
 dedit. mox, quod obsederit Hyblam, exiguum opidulum, & priusquam id ceperit, abscesserit,
 maiorem in modum est despectus. tandem Catanam se recepit, nullâ re gestâ, nisi quod Hycca-
 ra, barbaricum opidulum, excidit. Patet ex istâ historiâ, maritimam fuisse hanc Hy-
 blam: quam Geleatin adpellat Thucydides. Maritima autem nulla fuit, nisi quæ,
 inter Syracusas ac Leontinos sita, postea etiam Megara adpellata est: ut dicto lib. 1,
 cap. xi, docuimus. In cognomine eius auctores, ut supra perspectum, variant.
 nam Stephano dicitur Γαλεῶτις, GALEOTIS; Thucydidi Γελεῶτις, GELĒA-
 TIS; Pausaniæ Γερεῶτις, GERĒATIS. Barbarum id quia fuit vocabulum, Græcâ
 lingvâ in eam terminationem formatum; facile crediderim, jam tum ab ipsis incolis
 variantibus liquidis λ & ρ usurpatum fuisse. In primâ autem syllabâ usurpa-
 tum etiam fuisse α, & in terciâ ω, ut Stephani epitomator refert, Ciceronis com-
 probat auctoritas: apud quem in lib. 1 de Divinatione ita legitur: Dionysii mater,
 eius, qui Syracusiarum tyrannus fuit, ut scriptum apud Philistum est, quum prægnans hunc ipsum
 Dionysium ab eo contineret, somniavit, se peperisse Satyriscum. Huic interpretes portentorum,
 qui Galeote tum in Sicilia nominabantur, responderunt, ut ait Philistus, eum, quem illa pepe-
 risset, clarissimum Græciæ diurnâ cum fortunâ fore. Hinc ipse quoque Stephani epi-
 tomator alibi: Γαλεῶτις, ἔθνη ἐν Σικελίᾳ, ἀπὸ Γαλεῶ, ἕως ἀπὸ Πόλλωνος, καὶ Θემισσίδος, τῆς
 ὑπερβορέως Ζαβίας, τοῦ βασιλέως τῶν Ἰπερβορέων. Τινὲς δὲ, οὗτοι Γαλεῶτις μάντιων ἐδῶν Σικελῶν.
 Id est: Galeota, gens quedam in Sicilia, ab Galeo, Apollinis filio, & Themisid, Zabii Hyper-
 boreorum regis filia, oriunda. Quidam autem Galeotas vatum genus in Sicilia esse tradunt.
 Hybla igitur maritima, seu Megarensis, eadem fuit & Geleatis sive Galeotis, & Parva
 cognominata. Minor, sive Hera, fuit illa, ut dixi, inter Gelam & Pachynum; de
 qua plura suo loco dicemus. Maior in Catanensi fuit agro. Geleatin inscitè Pausa-
 nias Catanensium vicum suâ ætate esse dixit; quum Syracusanorum fuerit: ut supra,
 lib. 1,

lib. I, cap. XI, ex Itinerario insularum patuit. Vtramque ait prisca suo ævo nomina retinuisse, *Maiorem* simul & *Geleatin*; quum tamen illam *ἐν τῇ Καταναία*, in *Catanensi* agro, *ἔρημον ἰσ ἀπὸν*, omnino desertam, adfirmer. Sed jam tempus est, situm huius apud Aetnam Hyblæ indicare. Thucydides loco supra scripto tradit, Athenienseis, à Centuripis Catanam revertentibus, Inessæorum Hyblæorumque incendiisse segetes. Inessam eandem dictam fuisse postea Aetnam, nunc verò locum vocari *Cænobium S. Nicolai de Arenis*, supra lib. I, cap. VIII ostensum est. *Hyblam* itaque *Maiorem* ego eodem situ fuisse iudico, ubi nunc celebre conspicitur opidum, vulgari vocabulo *Paderno*, ab Hadrano III millia passuum, à Catanâ XVIII circiter distitum. Atque huc etiam quadrat historia T. Livii; cuius verba lib. XXVI hæc sunt: *Post profectiorem ex Sicilia Marcelli, Punica classis octo millia peditum, tria Numidarum equitum, exposuit. Ad eos Murgentina desciverunt terre. sequente defectionem earum Hybla & Magella sunt, & ignobiliores quadam alie.* Murgentia quidpe, ut mox ostendetur, haud ita procul ab Hyblâ sita fuit, circa ostium Symæthi amnis. *Opidani* ab Hyblâ istâ maiore dicuntur Thucydidi ac Stephano, locis præscriptis, *Ἰβλαίων*, *Hyblæi*: Latini verò auctoribus, Ciceroni in Verrinâ III ac Plinio lib. III, cap. VIII, sunt *HYBLENSES*. At quando hæc Hybla *ἰσ ἀπὸν ἔρημος*, id est, in totum deserta facta sit, incertum est. nam Ciceronis ac Plinii Hyblenses utrùm Maiores sint, an verò Heræi, æquè in ambiguo est. Apud Ptolemæum, in mediterraneis Siciliæ urbibus legitur *Ἰβλα*, *Hyblas*; quæ ex situ cognoscitur esse *Heræa*. præter hanc verò alia illie legitur urbs, variante vocabulo in variis exemplaribus, modò *Ἰδία*, *Hydia*, modò *Ἰδρα*, *Hydra* dicta. quibus vocabulis nulla umquam urbs in Sicilia alii memorata fuit auctori. Ego utrumque nomen corruptum esse censuerim ab genuino *Ἰβλα*. quod opidum illud est, quod modò in Catanensi agro exposuimus. nam tertia illa Galeoris sive Megarensis Hybla, *τῆ μέγαρα*, *Megara*, adpellatur Ptolemæo.

Cæterum *MAGELLA* ista urbs Livii, Fazello videtur esse id opidum, quod *MAGELLA* inter Menæum & Catagironem urbeis vulgari nunc incolis vocabulo dicitur *Murgentina*. *Magellino*: scilicet, quia à *Magellâ* Plinio lib. III, cap. VIII, *opidani* in mediterraneis dicuntur *MAGELLINI*. Sed id opidum longius ab Hyblâ ac Murgentiâ distitum est, quàm uti harum defectioni sese adungere potuerit; utique, quum intercesserint Leontini, Menenii, atque Ennenses, præclaræ tunc civitates. Est hodiè locus, inter Hyblam & Ennam, haud procul dextrâ Chryse ripâ situs, vulgari vocabulo *La Citadella*, antiquæ urbis reliquias continens. sed Ergetium hæc fuisse vetus opidum, infra ostendam. Est præterea inter hunc locum & Ennam alius locus, de quo ita Fazellus, decad. I, lib. X: *Rosmanus quoque locus est, VI passuum millibus ab Ennâ distans; ubi diruta urbis arcisque ignorata adhuc sunt monumenta.* Has igitur ego veteris *Magellæ* censuerim esse ruinas.

Infra dictam Catanensis agri Hyblam, haud procul Symæthi ostio peranti-
 40 quum fuit opidum, cuius nomen variè apud auctores formatum observo. nam *MURGENTIVM* opidum.
 apud Silium ac Stephanum legitur *μορτζιλια*, *MORGENTIA*; & apud eundem
 Stephanum *μορτζιλιον*, *MORGENTIVM*; apud Strabonem *μορτζιλιον*, *MORGAN-*
 30 *TIVM*; apud Livium *MURGANTIA*. & *opidani* inde sunt apud Ciceronem in
 Verrinâ III, ac Plinium lib. III, cap. VIII, *MURGENTINI*; apud Stephanum
μορτζιτινοι, *MORGENTINI*. Diodoro autem ipsa urbs vocatur derivativo voca-
 bulo *μορτζιλια*, *MORGANTINA*. Latini quidem auctores plerique Græco-
 rum o in hoc vocabulo verterunt in u; ut in innumeris aliis vocabulis. Apud Li-
 vium, lib. XXVI, ita scriptum est: *Post profectiorem ex Sicilia Marcelli, Punica classis*
 50 *octo millia peditum, tria Numidarum equitum exposuit. ad eos Murgentina desciverunt ter-*
ra. At mox: *Murgantiam Hispanis ex senatusconsulto tribuit.* Plinius lib. XIII, cap. II;
 quod est de generibus vitium: *Surrentinis tamen efficacissima testis, Vesuvio tenuis. ibi*
enim Murgentina è Sicilia potissima, quam Pompeianam aliqui vocant. Stephani epitoma-
 tor: *μορτζιλιον, πῆλις Ἰπυλιας, ἀπὸ μορτζιων. λέγεται καὶ μορτζιλια. ἢ ἰθιὸς μορτζιτινῶν &*
μορτζιτις. Id est: *Morgentium*, opidum Italia, à *Morgetibus* dictum. Dicitur etiam *Mor-*
gentia. Gentilitium inde *Morgentinus*, & *Morgites* dicitur. Lege *μορτζιτις*, *Morgetes*; ut
 ipse habet in iisdem verbis auctor. Sed is solens suo more Siciliæ Murgantiam
 confudit cum Samnitum in Italiâ Murgantiâ; quam Livius lib. X memorat. In
 Samnium

Samnium usque olim pertinuisse Morgetum in Italiâ fincis, apud neminem aucto-
rum hæctenus reperi. De Sicilia autem Morgetibus, qui ex antiquissimâ illâ apud
Siculum fretum Italiâ sive Oenotriâ in Siciliam transmigraverunt, ita tradit Stra-
bo lib. VI: Α νπόχθ δὲ τὸ παλαιὸν ἀπὸ τῶν τῶν οὐκ ἴσμεν Σικελῶς Φησι, καὶ Μοργή-
της ἀφ' ἧς εἰς τὴν Σικελίαν ὑπερον, ἐκβληθέντας ὑπὸ τῶν οὐκ ἴσμεν. φασὶ δὲ ἕως καὶ τὸ μορ-
γαίνιον ἐν τῷ περὶ τὴν Σικελίαν ἀπὸ τῶν μοργήτων ἔχειν. Id est: Antiochus tradit, totam
istam regionem prisca temporibus fuisse à Siculis habitatam. postea temporis Morgetes, ab
Oenotris pulsos, in Siciliam trajecisse. Nec desunt, qui Morgantium à Morgetibus nomen
habere adferant. Et eodem libro postea: ubi de variis Siciliae loquitur incolis: οὐ-
δένα τῆς ἀστυρίας εἶναι εἰ ἑλλῆνες ἀπὸ τῆς δὲ μεσογείας ἀπέργον παντάπασιν ἐκ τῶν ἰσθμῶν. 10
ἀλλὰ διεπίλεσαν μέχρι δούρο Σικελῶν καὶ Σικανῶν καὶ Μοργήτων, καὶ ἄλλοι ἕως νεμῶν τῶν ἰσθμῶν.
καὶ τὸ μοργαίνιον δὲ εἶναι ὑπὸ τῶν μοργήτων ἰσθμῶν. πῶς δὲ λέω αὐτῶν· καὶ δὲ οὐκ ἔστιν. Hoc
est: Græci quidem non sinebant quemquam oram tangere maritimam. at è mediterraneis eji-
cere eos omnino non valebant. sed manebant ad ea tempora Siculi, Sicani, Morgetes, & alii
nonnulli, insulam incolentes. Ac probabile est, à Morgetibus Morgantium fuisse condi-
tum. quæ urbs hodiè non exstat. Situm opidi quod attinet; ita legitur apud Cicero-
nem in dictâ Verrinâ III: Herbitensis ager, Ennensis, Murgentinus, Assorinus, Imacha-
rensis, Agyrinensis, ita relictus erat ex maximâ parte, ut non solum jugerum, sed etiam do-
minorum multitudinem quereremus. Aetnensis verò ager, qui solebat esse cultissimus, &
quod caput est rei frumentariæ, campus Leontinus, sic erat desormis atque horridus, ut in 20
uberrimâ Sicilia parte Siciliam quereremus. Ex his colligere datur, ut Ennensis, Asso-
rinus, Imacharensis, Agyrinensis, Aetnensis, Herbitensis, & Leontinus, agri in-
ter se fuere omnes contermini, sic & Murgentinum haud longè ab illis fuisse situm.
Apud Livium, lib. XXIII, hæc leguntur: Ad Murgantiam tum classem navium cen-
tum Romanus habebat; quò evaderent motus, ex cædibus tyrannorum orti Syracusis, quò-
vis eos ageret nova atque insolita libertas, opperians. Hieronymus tyrannus nuperrimè ex-
sus erat in Leontinis. atque hos Marcellus consul, qui eâ classe in Siciliam venerat,
primùm expugnavit: inde exercitum Syracusas duxit. Ex his igitur simul-
que ex præscriptis Ciceronis verbis colligere licet, fuisse Murgantiam ad quoddam
flumen inter Leontinos atque Aetnam montem. Diodorus, lib. XIII, de Cartha- 30
ginienfibus, ab occidentali insulæ parte versùs Syracusas proficiscentibus, ita scri-
bit: Μάγον ἄρ' οὐκ ἀπὸ Σικελῶν προέβη, καὶ τὰς πλείους πόλεις ὀδοπέρας τῶν Διονυσίων, κα-
ταστραπέδωσεν ἐν τῇ τῶν Ἀργυρινῶν χώρα ὅρα τὸν Χρύσαν πλοῦτον, ἐγγὺς τῆς ἐδῶ τῆς Φερ-
σις εἰς Μοργαίνιον. οὗτ' ἄρ' Ἀργυρινῶν ἢ δωάμων εἰς συμμαχίαν προσλαβέσθαι, τῆς εἰς τὴν
περὶ τὸν ἰσθμῶν πλείους ἐκ Συρακυσῶν ἀρμηκέναι. Hoc est: Mago ita-
que, per Siculos iter faciens, urbis plerasque à Dionysio alienavit: & tandem in Agyrinen-
sium agro ad Chrysam flumen, juxta viam, quæ Morgantinam ducit, castra posuit. quum
enim Agyrinensis in societatem perlicere aut cogere nequisset, ulterius progredi desit; quidam
jam hostes à Syracusis contra se tendere audiens. Nempe via hæc erat ea, quæ ab ipso Agy-
rio Morgantinam ferebat. castraque illa Magonis posita fuere inter lævam Chry- 40
sæ ripam & prædictam viam. ex quo loco ille Agyrium, si opportunitas daretur, op-
pugnare instituit. Via igitur ista medio tractu inter Chrysam & supra dictum opi-
dum Symethum sive Racalbutum duxit versùs confluentem Symethi & Chry-
sæ amnium. eoque loco Chrysa trajecto, ad Morgantinam perveniebatur, in dextrâ
Symethi ripâ positam. Ad maius quoddam flumen fuisse sitam, inde perspicitur,
quòd Livius, loco præscripto, classem Romanam tradit fuisse ad Murgantiam centum na-
vium: Murgantia verò non ad ipsum ostium, sed in mediterraneo fuit. quòd haud
obscurè testatur Diodorus, lib. XVIII, his verbis: Οὗ δὲ οὐκ Ἀγαθοκλῆς οὐ μόνον,
στρατηγὸς ὢν, κέρει τῆς δωάμωνος λέω, ἀλλὰ καὶ προσαγγελάσθαι, ἐν ἕως τῶν ὀδοπέρων ἐν
τῇ μεσογείᾳ πρὸς Ἑρβίτην Σινάγωσι δωάμων, ἐξ ἧς αἰετὶ λαβὴν ἀντιπῆρας κατέλαβεν, ἕως πρὸς
ῥοῖον, ἐρηλιώτας. διὸ καὶ προσπηθῆεις στρατῶν ὄντι τῷ Ἑρβίτην, κατέλαβεν εἰς τῆς τῶν
ἐκ Μοργαίνιος καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῇ μεσογείᾳ πόλεων. Id est: Agathocles igitur non im-
perator tantum in potestate habebat exercitum; sed etiam, nuncio allato, defectores nonnullos
in mediterraneis ad Herbitam exercitum constare; quoscumque vellet, militia sua citra suspi-
cionem adgregandi potestatem nactus est. Itaque adversus Herbitam expeditionem præ se fe-
rens, ex Morgantinâ & aliis opidis mediterraneis milites conscripsit. Hinc & Plinius, di-
cto lib. III, cap. VIII, disertè Murgentinos inter mediterraneos computat. Cætera
autem

autem illa opida mediterranea, ex quibus Agathocles militem conscripfit, erant Centuripæ, Symethus, Agyrium, Afsórus, Enna, Imachara, Galaria; omnia inter Murgantiam & Herbitam posita. Fuit igitur *Murgantia* in mediterraneo ad Symethum, maximum totius Siciliæ amnem, & qui solus classis trémium capax. Atque in hunc Murgantiæ situm cum maxime quadrat illa Sili descriptione, quæ est lib. XIII:

— Non frondosis Murgantia campis

Abstinuit Marte infido.

Quidpe planities ea, per quam Symethus ab Racalbuto opido versus mare defluit, arboribus hodiè que confita est. Fallitur igitur Fazellus quàm vehementissime, ad
10 Leontinorum amnis, qui Terias olim dicebatur, ostium Murgantiam constituens; nimirum, quia turris heic cum agro circumjecto hodiè *Murgus* vocatur. Quidpe Leontinorum urbs quum v haud amplius millia passuum ab orâ maritimâ abfit, quomodo heic Murgantiam quoque mediterraneam ad Teriam facias, nisi eius mœnia Leontinorum mœnibus ferè continues? Sed in eo etiam Fazellus erravit, quod Morgantiam fecit maritimam: & quidem eo loco, ubi Leontinorum fuit emporium; quod omnium absurdissimum erat. Cæterum origo huius Murgantiæ urbis satis antiqua est: ut quæ vetustissimis post Sicanos Siciliæ cultoribus Morgetibus adscribitur. MORGETES quidpe, gens Italica, una cum Siculis, ex Latio quom-

MORGETES.

20 dam profectis, ut supra, lib. I, cap. II, docui, hanc circa Symethum amnem oram, ad Herbitam usque urbem, ut superiori capite ostensum, possederunt. quorum tamen nomen mox in Siculorum titulum transiit: ita, uti nulli auctorum memorati sint, cuius memoria affcet, præterquam Antiocho Syracusano apud Dionysium Halicarnassensem lib. I, & Strabonem lib. VI. Proximâ hinc Morgantiæ memoria est apud Diodorum lib. XI, in rebus gestis anni secundi Olympiadis LXXX. qui fuit annus ante natum Iesum CCCC LVIII. Verba Diodori hæc sunt: Ἀθλήσας ἰδίῳ τῷ ἀρχῶν φιλοκλήτῃ κτ' ἢ Σικελίᾳ δουκίπῳ, ὁ τ' Σικελῶν βασιλεὺς ἦν, Μενεῶν μὲν πόλιν ἐκίλισε, καὶ τ' Γυῖ-εργῶς χάραγαν πῆς κατωικισθεῖσιν διεμέρισε. εἰρατ' εὐαίρῃ. © δ' Ἰππὶ πῶλιν ἀξιόλογον Μοργαντίαν, καὶ χειροποιεῖσιν © ἀντιῶν, δόξῃ ἀπλωέγνατ' ὡς τ' τοῖς ἰμοεβνῶσι. Id est: *Athenis summum magistratum gerente Philocle, in Sicilia Ducetius, Siculorum rex, Menæorum urbem condidit; colonisque eo deductis agrum conterminum distribuit. Hinc Murgantinam, celebrem urbem, infesto exercitu petiit. qua expugnata, gloriam haud vulgarem inter populares adeptus est. Credo, quia munita jam tum erat urbs, ut posterioribus temporibus, sub Romanorum imperio, bello fervili, Olympiade CLXI, qua de re ita referunt Eclogæ legationum ex Diodori lib. XXXVI: Προσπαύσας αὐτὸν ἄφρα πόλιν ὄχυρά, Μοργαντίαν, περὶ βολαῖς ἐνεργῆς καὶ Γυεργῆς ἐπιβῆναι. Id est: *Magna igitur impetu Murgantinam, munitam urbem, repente adorti, validis & continuis eam impressionibus oppugnant.* Porro Cicero quia in Verrinâ Murgantinos eorumque agrum citat, existisse etiam tum eorum urbem maxime credibile est. Post Ciceronis tamen actiones Verrinas annis circiter XC, Strabo, loco supra scripto, nullam eam, quum geographica sua ederet, fuisse testatur. Quo
40 casu interierit, incertum est.*

Cæterum eodem circa Symethum Chrysamque amneis terrarum tractu anti- ERGETIVM, quum in primis fuit opidum Ἐργέλιον, ERGETIVM, Philisto apud Stephani epitoma- sive SER- torem, Silio HERGENTIVM, Diodoro verò & Ptolemæo. Σεργεντίον SERGEN- GENTIUM TIVM, dictum. Opidani sunt Plinio lib. III, cap. VIII & Stephani epitomatori ERGETINI, Ad eundem igitur modum ab *Sergentio* etiam dici poterunt Σεργεντίνοι, SERGENTINI. Sili illud *Hergentium* metri causâ existimo formatum esse in tum. sic enim ille canit lib. XIII:

*Hadranum Hergentiumque simul, telâque superba
Lanigerâ Melite.*

50 Plinius equidem, qui ordinem alphabeticum observat, inter vocabula ab E incipientia recenset *Ergetinos*: at Philistus, atque ex hoc Stephanus grammaticus, an id adspiraverint, necne, incertum est. adspirasse tamen quosdam, patet ex Sili descriptione. Ex adspirato autem vocabulo *Hergetium*, sive *Hergentium*, factum est eadem ratione *Sergentium*, ut à Græcis vocibus, ἀλς, ἀπλό©, ἐδ©, ἔλα, ἔλαμαι, ἐκυσ©, ἐξ, ἐπῆ, ἐπα, ἐρω, ἦμιον, ὕδωρ, ὕλη, ὑαῖος, ὑπ©, ὑπὸ, ὑς, facta sunt Latina vocabula, sal, simplex, sedes, sedere facio, sedeo, socer, sex, septem, sequor, serpo, semi, sudor, sylvia, super, somnus, sub, sus. Sic namque Sal-

Ff

mantica

mantica quoque, Hispaniæ urbs, quæ vulgò etiam nunc vocatur *Salmanca*, Polybio lib. III dicitur Ἑλμάντικῆ, *Helmantica*. quod ita etiam recenset ex Polybio Stephani epitomator. Ceterò Sergentium opidum Ptolemæus collocat inter Centuripias Agyrium & Menas opida. quorum hoc vulgò hodiè vocatur *Minéo*. Hic situs probè convenit ruinis antiqui opidi; inter Menas & Agyrium haud procul ab dextrâ Chrysiæ amnis ripâ positi, vulgarique vocabulo nunc *Citatella* dicti. de quibus ruinis ita tradit Fazellus, decad. I, lib. X: *Aidoni opido ad orientem passuum millia duo urbs quædam jacens subest, in colle fundata, quam Citatellam adcolæ adpellant. ubi, præter templa diruta, adium ac murorum ingentis ruinas, theatrum adhuc quadratum, eiusque gradus semiruti, currum quoque viæ, qui ex Aidone huc olim decurrebant, magnâ cum iucunditate spectantur. dorsus quoque in eâ, quem accolæ Sellam Orlandi agnominant, lateres præterea magnæ crassitudinis colorisque rubei, nec non mirifica domorum fundamenta bucisque super sunt. quæ omnia, non indignam ibi prisco tempore urbem fuisse, satis præ se ferunt. quæ an Herbita vetusta fuerit urbs, incertum mihi est.* Herbitam fuisse apud Nicosiam, suprà demonstratum est: huic verò Citatellæ convenit, ut dixi, situs, quem Ptolemæus tribuit Sergentio. nec ab eo abhorret Diodori historia; quæ lib. XIII talis est: Διονύσιος δ' εἰς Μεσσηνίαν κατὰ κισ χιλίας ἀπὸ Λοκροῦς, περὶ χιλίας δὲ μεδιμναίους, ἔξαρσας δὲ τῶν ἐν Πελοποννήσῃ μιλησίων, ἐκ τῆς Ζακυνθίας καὶ Ναυπλίου Φοργέντων. Θεωρῶν δὲ τὸν Λακεδαιμόνιος πρὸς τὸν Πόντον ἐπὶ τῶν τῶν ὕψ' αὐτῶν ἐκβεβλημένους μεσσηνίους ἐν ἑπισημῶν πλείοι καπνίζεσθαι, μετῆρα δὲ ἐκ μεσσηνίας αὐτὰς, καὶ χωρὶς τὴν ἀπὸ τῆς ἑλλάδος δὲ τῆς Ἀβακίωνος 20 χωρὶς ἀπετίμητο, καὶ πρὸς αὐτὰς, ὅταν αὐτὰς μέρῃ ἀπέτιμητο. οἱ δὲ μεσσηνίαι τὴν ἀπὸ πλείων ἀνίστασθαι Τυδαρίδα. πολὺ δὲ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἀνίστασθαι, ἀλλὰ πλείονος περὶ χιλίας ἐξήσαντο. Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὴν Σικελίαν χωρὶς ἀπετίμητο ἐς ἐπίσημῶν, Σιδρόν δὲ ἐκ Μοργαντίνου εἶλον, πρὸς Ἀγυρίαν δὲ τῆς Ἀγυρινῶν τύραννον, ἔκ Δάμονα, τῆς Δωρακίωνος Κεπερπίνων, ἐκ δὲ Ἐρβιτινῶν καὶ Ἀσσορῶν ἐπισημῶν παραλαβὸν δὲ τῆς περὶ τῶν Κεφαλοῖδων ἐκ Σολυνῶν ἐκ τῶν Ἐννῶν. πρὸς δὲ τὰς πρὸς Ἐρβιτινῶν ἐπισημῶν. Hoc est: At Dionysius mille Locros, quater mille Medimnaos, & 100 Milesiorum è Peloponneso Zacynthoque & Naupacto exsulam, Messana collocavit. Sed quum Lacedæmonios hoc ipso, quòd exterminati ab illis Messenii urbem præclaram accepissent incolendam, offensos videret: ex Messanâ translatis alium quemdam Abacena regionis locum juxta mare attribuit; attributumque 30 certis limitibus definiivit. Urbem hanc Messenii Tyndaridem nuncuparunt. diuque amicè inter se rempublicam administrant, ac multos in civitatem adscribunt, brevi numerus civium ultra 100 excrevit. Post hæc crebras in Siculorum finis expeditiones fecerunt. & Smeneo Morgantinoque captis, cum Agryi, Agyrinensium tyranno, & Damone, Centuripinorum principe, item cum Herbitensibus & Assorinis, fœdera percusserunt. sed & Cephalædium ac Soluntem Ennamque per proditionem ditioni suæ adjunxerunt. cum Herbitensibus verò pacem iniuverunt. Totum hunc locum miserè ac fœdè esse vitiatum, jam antea, in descriptione Tyndaritanæ urbis, dixi. ubi docui, omnem istam posteriorem orationem de Agyrinensibus, Centuripinis, Herbitensibus, Assorinis, Cephalæditanis, Soluntinis, Ennensibus atque Herbitensibus, pertinere, non ad Tyndarita- 40 nos, tenuem tunc civitatem, sed ad Dionysium, Syracusanorum tyrannum: tum mendosè vocari Milesios ex Peloponneso, qui mox bis rectè dicuntur Messenii. Cæterum μεδιμναίους etiam vitiatò vocabulo hæc nominari, quos ipse Diodorus adpellaverat genuino nomine Μεδιμναίους, à Medmâ Italiæ urbe, Locrorum coloniâ, in opere de Italiâ ostendi. Ista verò voces Ἀβακίωνος & Ἐρβιτινῶν corruptas quoque esse à germanis Ἀβακίωνος & Ἐρβιτινῶν, suo loco docebo. Iam verò reliquæ illæ duæ Σιδρόν & Μοργαντίνον in aliis exemplaribus sunt Σιδρόν ac Μοργαντίνον. utrobique vitiosè. nam Μοργαντίνον dictam fuisse Diodoro urbem, quæ aliis auctoribus est Murgantia, Murgentia, Morgentium, & Murgentium, suprà ex quatuor diverforum locorum exemplis patuit. quorum similia sunt insuper & alia in dicti libri xxxvi 50 Excerptis legationum. Σιδρόν autem nullum umquàm alibi memoratum est opidum Siciliæ; nec Σιδρόν. ex quo vocabulo, haud ita multis commutatis literis, verum germanumque loci nomen conjicio Σεργέτιον, *Sergentium*: ipsâ etiam historia & locorum situ adstipulantibus. quidpe quemadmodum postea Agathocles, ut suprà ex Diodori libro xviii intelleximus, quum expeditionem adversus Herbitensibus præ se ferret, primùm ex Morgantiâ ac porrò ex reliquis circa Symethum mediterraneis opidis milites conscripsit; sic etiam Dionysius, adversum

adversum eadem loca expeditione instituta, primum proxima ditioni suae post Leontinos & Catanam, quae nuperrime subegerat, loca Murgantiam atque Sergentium cepit: deinde prorsum pergens, cum Centuripinis, Agyrinensibus, Assorinis ac Herbitensibus foedera percussit: mox Ennam, Cephalædium ac Soluntem per prodiones occupavit: ac tandem cum Herbestensibus, circa Halycum amnem, qui nunc vulgò dicitur *Platani*, incolentibus, pacem fecit. Antiquissima igitur isthæc est *Sergentii*, sive *Hergetii*, memoria, inter res gestas primi anni Olympiadis XCVI, quum Athenis summum gereret magistratum Phormio, à Diodoro adnotata. Hinc etiam Stephani epitomator: *Εργάιον, πόλις Συκελίας· φίλις Σικελικῶν*
 10 *δατῆρα. τὸ ἰθὺνδὸν Ε' ρρατῖν*. Id est: *Ergetium, opidum Siciliae; auctore Philisto, Sicular. ver. lib. II. Gentilitium, Ergetinus*. Philistus aequalis fuit Dionysii: resque gestas eorum temporum literis consignavit; testibus, Diodoro eodem lib. XIII, & Svidâ in Lexico. Plinii adhuc extitisse ætate, haud dubium est; quando is inter alios Siciliae populos stipendiariorum etiam *Ergetinos* recenset. Sed ad posteriora etiam durasse tempora, inde patet, quòd tam ingentes eius, ut supra intellectum, reliquiae ad nostrum hoc usque sæculum extiterunt.

CAP. VIII.

20 *Mena sive Menena urbs. Menenius fons; qui & Palicinus; item Lacus seu Stagnum Palicorum, & Crateres Palicorum. Fanum Palicorum.*
Palice & Eryce opida. Eryces amnis.

AB Hergetio versus meridiem, inter Ennam & Syracusas, opidum est peranti-
 quum, vulgari nunc incolis vocabulo *Menæo* sive *Minio* dictum. Id olim voca-
 batur plurali numero *Ménai*, *MENAE*; testibus, Diodoro, Apollodoro, & Pro-
 lemæo. unde *opidani ménαιοι, MENAEI*. qui Latino ore rectè formabuntur *MENEN-*
SES. Stephani epitomator: *μέναι, πόλις Συκελίας, ἐγγὺς Παλικῶν· Ἄ πολλόδαρος ἐν β' Χρο-*
νικῶν. τὸ ἰθὺνδὸν μένδαιος. Id est: *Menda, opidum Siciliae, prope Palicos; auctore Apollodoro, in*
 30 *secundo Chronicorum. Gentilitium, Mendæus*. Scribendum esse *ménai*, ut est apud Ptole-
 mæum, & gentilitium inde *μέναιοι*, Ciceronis, Diodori, Plinii atque Vibii, testimo-
 nia convincunt. Vibius in Catalogo fontium: *Menais, Leontinorum: per quem civis eius*
loci timent jurare. Nempe, non in urbe, sed in agro erat Leontinorum; ubi hodièque
 prædictum opidum vocatur *Menæo*. Dicebatur autem Græcâ lingvâ *κρήνη μέναιος*:
 quod femininum erat gentilitium à præscripto masculino *μέναιος*. Fons autem iste
Menensis sapius lacus & stagnum sive crateres ebullientes Palicorum vocabantur,
 duo millia passuum à Menis opido disfiti; ut mox monstrabitur. Apud Diodorum,
 sub finem libri XI, hæc leguntur: *μετὰ τὴν παρθὴν Δεκελίας, ὁ τῶν Συκελῶν ἀΦηγυρόδρομος, ταῖς πόλιν*
ἀρπάζει τὰς ἰσοπεθεῖς, πάλιν τῆς Ἰβλίας, εἰς μίαν ἐκ τῶν ἡραρῶν Σωπιδέων. δεκατῆς δ' ὠν, νεωτέρων
 40 *ὠρεῶν περὶ γμάτων, καὶ τῶν ἐκ τῶν Συκελῶν ἀβροῖαις διώων ἀξιολογον, τὰς μὲν νέας, ἢ ἕως τοῦ*
αὐτῶν πατρῶν, μετὰ κίσειν εἰς τὸ πιδιον, καὶ πλησίον τῶν τιμῶν τῶν ἐνομαζομένων Παλικῶν ἐκίσει πόλιν ἀξιο-
λογον, τὴν δὲ τῶν περὶ τῶν ἡραρῶν ἡτῶν ἀνομαζέ Παλικῶν. Id est: *Post hæc Ducetius, Siculorum*
princeps, omneis eiusdem gentis urbis, præter Hyblam, in unam civitatis communionem redegit.
& quia acri vir erat ingenio ac strenuus, novis ac magnificis rebus animum adiecit. Ex publico
igitur Siculorum arario magnis instructus opibus, Neas, quæ patria eius erat, in agrum & aper-
tum campum transtulit, & prope fanum Palicorum urbem præclaram exstruxit, quam à dictis
diis Palicam nuncupavit. Omnino heic etiam pro *τὰς μὲν νέας* legendū esse *τὰς μέναις*, vel
 ipse ille Stephani epitomatoris locus præscriptus evincit; quia uterque urbem eam
ἐγγὺς sive *πλησίον Παλικῶν*, id est, *prope Palicos*, refert. Apud Stephani epitomato-
 50 *rem quia sequebantur continuo ordine tria aliorum opidorum vocabula, quibus δ littera*
inerat, μένδῃ, μένδης, μένδημιον, facilem ea res præbuit lapsum librario, uti is præceden-
ti quoque voci μέναι eandem literam infereret. Sed in primis mirari heic liceat Fa-
zelli errorem; qui Neas istas eandem & Neetum urbem fuisse docet, quæ vulgò nunc
incolis vocatur Noto. Verba eius, decad. I, lib. III, cap. II, hæc sunt: Vrbs vetusta & in-
gens, Nea Diodoro lib. XI, Neetum Ptolemæo. sed hodiè, unius tantum vocalis antithesi, Notum
vulgò dicta. Condita fuit à Siculis; quantum ex lib. XI Diodori colligimus. ubi Neas Ducetii, Sicu-
lorum regis, patriam fuisse scribit. Fuisse autè Notum Neam urbem, cum ex Ciceronis in Verrem